

sepelire feci, ut sit in ejus memoria, et in remedio anime sue. Si quis ex meo vel alieno genere, hoc meum factum, et donationem infringere voluerit: sit maledictus et excommunicatus, et pectet regie parti, M. morabotinos, et hoc meum factum semper maneat firmum. Facta carta in Naiara. Sub ERA. M.^a C.^a LXXX.º IIII.º et quod est III.º Kalendarum septembris. Imperante Adefonso imperatore, toledo, Legione, Gallegia, castella, Naiara, Sarragocia baecia, et Almaria. Comes barchinonie, et Sancius Rex Navarre, vasalli imperatoris. *Subscripciones:* Johannes toletanus Archiepiscopus, et primas hyspanie confirmat. Ego Rex Sancius hanc cartam quam fieri jussi, meo proprio robore confirmo. Priori qui tenuerit ecclesiam de portu, mando quod illuminet semper sepulcrum uxoris mee regine. Rex Sancius de Navarra conf. Comes Almanricus tenens baeciam conf. Comes poncius maiordomus imperatoris conf. Comes Lupus tenens Najaram conf. Comes vela de Navarra conf. Gutier fernandiz de castella conf. Sancius didaci conf. *Aqui se dividen en dos columnas entre las que hay una signatura en cuyo interior se lee:* **Signum Regis Sancii.** *Primera columna:* Martinus ecclesie beati jacobi Archiepiscopus conf. Johannes Legionensis episcopus conf. *Segunda columna:* Reimundus palentinus episcopus conf. Nicholaus palentinus Archidiaconus, regis cancellarius conf. Victorius Burgensis episcopus conf. Rudericus Naiarensis episcopus conf. Fernandus Petriz maiordomus regis conf. Gomez Gonzalviz alferiz regis conf. Petrus exemeniz tenens ogronjum: conf. *Final:* Martinus Pelaiz regis notarius hanc cartam scripsit.

D. V

Chrismón. In nomine domini amen;. Quanto diviciis et possessionibus habundantius quisque videtur affluere, tanto de his que possidet, deo et veris dei cultoribus, pro salute anime sue, et peccatorum suorum remissionem largius debet impendere, justa illud apostoli, facite bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei; Eapropter ego Adefonsus hyspanie imperator, una cum filio meo Rege Sancio, et cum filiis et filiabus meis, omnique generatione mea, pro amore dei et pro animabus parentum meorum et peccatorum meorum remissione, facio cartam donationis deo et ecclesie sancte Marie de Najara, et vobis Priori domino Arnulfo, et omnibus ejusdem monasterii monachis, de domibus et molendinis, et terris, cultis: vel inculisis, quas in villa Najarensi, vel circa ipsam usque ad hanc diem

habuistis, scilicet in barrio de ferraria, et in barrio sancti Michaelis, et a porta de currali monachorum usque ad portam ecclesie, et in barrio sancti Michael juxta palacium regis, et de domibus novis: in barrio de ponte, et juxta portam currallis: domum ruderici, et domum garsie muniz, et de suso: domum johannis sancii, et domum bernardi que est ante molendinum sancte Marie. Et hoc facio: ut ab hac die: Omnes domus iste sint libere et absolute ab omni voce regia, ut nullus homo inquietet vos sicut inquietare solebant pro domibus istis, sed habeatis eas liberas et quietas, sicut aliis honor beate Marie est. Et hoc meum factum semper sit firmum. Si vero in posterum aliquis ex meo vel alieno genere hoc meum factum rumpere voluerit: sit a deo maledictus, excommunicatus, et cum juda proditore domini in inferno dampnatus, et insuper pectet regie parti decem milia morabofinos, Facta carta in Naja-ra, II.^o nonas februarii. ERA M.^a C.^a LXXX.^a VIII.^a quando Rex Sancius filius imperatoris duxit in uxorem filiam regis garsie. Et eodem anno quo imperator pugnavit cum illis muzmutis super cordubam, et devicit eos. Imperante ipso Adefonso imperatore in toledo, et legione, in gallecia, et castella, in Naiara, et saragocia, et becia, el Almaria. Comes barchiloniz tunc temporis vasallus imperatoris, Sancius Rex navarre tunc temporis vasallus imperatoris. *Subscriptio-nes*: Ego Adefonsus imperator hanc cartam quam fieri jussi propria manu mea roboro et confirmo. *Signatura*: Signum imperatoris. *Primera columna*: Sancius Rex filius imperatoris conf. Comes poncias majordomus imperatoris conf. Comes Lupus conf. Lup lupiz de carrión conf. Pontius de Minerva conf. Nunius petriz alferiz imperatoris conf. *Segunda columna*: Dominus Rudericus Naiarensis episcopus conf. Dominus johannes secobiensis episcopus conf. Guter fernandiz conf. Martinus muniuz dascalona conf. Petrus exemeniz tenens ugrunium conf. Domna Maiore conf.

D. VI

Crismón. In nomine domini nostri ihesu xristi amen. Decet regiam potestatem aliquem sibi bene et fideliter servien-tem donis remunerare, et de bonis possessionibus in dominium et usum deo servientium, intuitu pietatis et misericordie trans-ferre. Qua-proter ego Adefonsus dei gratia Rex castelle et extermature: jure hereditario, in perpetuum do pro animabus patris et matris mee, nec non et parentum meorum, et pro salu-